

in emphyteusim tenuerant. (1443, IV. Kal. Dec., p. a. 13) — ‘Sedis apostolice’.

30) Pius II. 1459, Mart. 8. Senis.

Monasterii S. Salvatoris, alias Illiceti, extra muros Senenses, ordinis fratrum eremitarum S. Augustini, possessiones quasdam confirmat. (1458, VIII. Id. Mart., p. a. 1) — ‘Circumspecta sedis apostolice’.

31) Pius II. 1460, Mart. 5. Senis.

Thomam Urbani de Picolominibus, scriptorem et cubicularium suum, propter multa in se servitia, ‘eiusque germanos eorumque posteros et descendentes legitimos et naturales in futurum in familiam et cognomen nobilium de Picolominibus de Senis . . . recipit’ eisque permittit, ‘ut arma et insignia . . . eorundem nobilium progeniei de Picolominibus . . . publice et privatim ubilibet’ gestent. (1459, III. Non. Mart., p. a. 2) — ‘Expertae tuae fidei’¹.

32) Pius II. 1460, Jul. 24. Senis.

Episcopo Clusino in civitate Senensi commoranti mandat, ut domui S. Salvatoris de Illiceto, quae in annuis redditibus ne 125 quidem florenos absque aliqua elemosina habeat, ecclesiam S. Iohannis baptistae de Montecastello incorporet, ut fratres se ipsos sustentare valeant. (1460, IX. Kal. Aug., p. a. 2) — ‘Ex iniuncto nobis’.

33) Sixtus IV. 1477, Febr. 13. Romae ap. S. Petrum.

Guglielmo de Bindis, canonico Senensi, mandat, moneat sub excommunicationis poena homines quosdam, ut, quae subtraxerint vel occultaverint, privilegia apostolica fratribus S. Salvatoris de Liceto indulta restituant. (1476, Id. Febr., p. a. 6) — ‘Significarunt nobis’.

34) Sixtus IV. 1477, Apr. 1. Romae ap. S. Petrum.

Omnibus ecclesias ordinis S. Mariae de Monte Carmeli certis quibusdam diebus visitantibus indulgentias promittit, petente Christophoro Martignoni dicti ordinis generalis magistri ac sacrae theologiae professoris. Praedecessorum suorum de hac re privilegia confirmat. (1477, Kal. Apr., p. a. 6) — ‘Dum attenta meditatione’².

35) Innocentius VIII. 1485, Mai 18. Romae ap. S. Petrum.

Prioribus et fratribus S. Salvatoris Silvelacus de Liccieto, ac S. Leonardi ac S. Mariae de Montispechio et S. Antonii supra balneum Petrioli, domorum societatis de Licieto ord. fr. heremitarum, petentibus bullas Eugenii IV. datas Senis d. 6. Sept. et Romae ap. S. Petrum d. 27. Nov. anni 1443, privilegia quaedam continentes repetit et confirmat. (1485, 15. Kal. Iun. p. a. 1) — ‘Provisionis nostre’.

¹) Abschrift d. 17. oder 18. Jahrh.

²) Vidimus vom 11. Mai 1490.

Von den Vorgängern werden u. a. erwähnt Leo IV., Adrian II. und Stephan V.